

Philippus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Cum ea, que in nostre maiestatis presentia rationabiliter fuerint acta, | non tantum testimonio nostro sint approbanda, verum etiam, ut inviolabiliter in evum permaneant, aucto|ritate regia sint confirmanda, universis presentem paginam inspecturis duximus innotescendum, | qualiter dilectus consanguineus noster⁴⁾ Theodericus marchio Misnensis in nostra presentia constitutus | bona quedam, que ipse ratione marchię Misnensis in feudo ab imperio tenebat, cum aliis quibusdam | possessionibus, que titulo vere proprietatis ad ipsum pertinebant, concessione nostra nomine concambii | commutavit et facto concambio, ut rationabilius eadem bona et firmiter permanerent ecclesię, per manus | nostras ad Cellam sanctę Marię contradidit. Sunt autem hec bona, que supradictę ecclesię per manus nostras sunt | donata, villa, que Chottenwiz dicitur, et molendinum quoddam in foro Grimme cum XXX iugeribus | silve et aliud molendinum Chotwiz dictum cum insula adiacente et omnibus predictorum attinentiis. | Pro his autem bonis predium quoddam Birmiz dictum marchię Misnensi assignando contradidit atque | a nobis feudali iure recepit. Hęc igitur quia rite per manus nostras sunt peracta, factam donationem predictę | ecclesię confirmamus et confirmatam perpetuo stabilem esse volumus decernentes et regio edicto^{a)} precipientes, | ut nulli umquam personę hanc confirmationis nostre paginam licitum sit infringere vel ei aliquo improbitatis | ausu obviare. Testes huius rei sunt: Hertwicus Eistedensis episcopus et regalis aule cancellarius, Otto Frisingensis episcopus, | Bernhardus dux Saxonię, Theodericus comes de Groiz, Gebehardus comes de Dolinstein, Meinherus | burggravius de Misne et filius eius Meinherus, Theodericus burggravius de Aldinburg, Erkinbertus burggravius de | Devin, Albertus de Droizc, Erkinboldus de Wizinvels, Hartmannus^{b)} et Cvnradus de Lobdeburg, Fridericus | de Crozvch, Bernhardus de Trib(e)zin^{c)} et filius eius Henricus, Fridericus de Groiz, Otto de Zedeliz, Albertus | de Burnin, Herbordus de Wřzin, Henricus de Camburg, Guntherus de Rochisberg, Anno de Mũchil. | Actum anno ab incarnatione domini M^oCC^oIII^o, indictione VI^a, data apud Egram VIII kal. mai^{d)}.

(SP.)

29.

Markgraf Dietrich von Meißen beurkundet eine Zehntstiftung des Reichsministerialen Bernhard von Trebsen an das Kloster Altzelle.

a) Vor edicto Rasur (0,4 cm) A.

b) Harmannus, zwischen r und m ein kommaähnliches Einfügungszeichen, darüber t: Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.

c) Es ist unsicher, ob die Schlinge am oberen Schaftende des b, welche in A nur dieses eine Mal erscheint, als Kürzungszeichen zu deuten ist, wie dies Posse (CDS I/A) und Patze (Altenburger UB) tun. Für die Lesung -be- (statt -b-) und damit für Tribezin würde jedoch sprechen, daß in anderen Urkunden auch d(e) gelegentlich in dieser Weise gekürzt wird.

d) Nach Posse (CDS I/A) steht Egram VIII kal. mai etwas unter der Grundlinie und scheint nachgetragen zu sein. Der Mundator von A jedoch hält sich auch an anderer Stelle nicht immer an die vorgegebene Linierung, so daß es auch hier nicht zwingend erforderlich ist, von einem Nachtrag auszugehen, zumal Hand und Tinte nicht von der übrigen Textschrift abweichen.

4) Vgl. hierzu Pätzold, Wettiner, S. 92, Anm. 49, S. 285, Anm. 113 und Schütte, König Philipp von Schwaben, S. 440 (mit weiteren Hinweisen).